

quī nominatur menstrualis et huic similis quan-  
doque masculo accidit ex infirmitate. Porro fa-  
cile est satis cognoscere patientibus secundum et  
ultimum fluxum quando scilicet ille est vere vrin-  
alis vel vere menstrualis habet enim suam distinc-  
tionem in colore et liquiditate et tales exeunt pro-  
pterea ut communiter sine multa delectatione in  
membris genitalibus presertim nisi coniungantur  
alie cause delectationis sicut infra docebit. Ce-  
terum humor proprie seminalis et humor ille medius  
non ita facilliter ab invicem secerantur propter simili-  
tudinem in albedine et viscositate seu tenacitate et  
quodam spissitudine habent nonnullam distinctas  
proprietas et diversos ortus et meatus. Vnde de-  
fluunt quod de articulatius cognoscere spectat ad  
medicos. Est itaque humoris seminalis superfluum  
ultime digestionis superfluum non in qualitate sed in  
quantitate habens enim naturam sufficientem cibum pro  
alimento corporis mittit ex omnibus membris  
quod superest ad vasa genitalia nunc plus  
nunc minus. Et quando superabundat ipsi  
nature conatur expellere tandem illud super-  
fluum quod fit vel in actu generationis seu con-  
cubitus vel per evaporationes similes sudoribus  
vel per aliquas fedas distillationes quandoque si-  
ne sompnis Aliquando cum delectatione. Aliquan-  
do impreceptibiliter nonnumquam in vigilia